

# Edition Open Sources

## Sources 8

Stefan Paul Trzeciok:

Widmungsbrief und Eröffnungsgedichte

DOI: 10.34663/9783945561102-03



In: Stefan Paul Trzeciok: *Alvarus Thomas und sein Liber de triplici motu* : Band II: Bearbeiteter Text und Faksimile

Online version at <https://edition-open-sources.org/sources/8/>

ISBN 978-3-945561-10-2, DOI 10.34663/9783945561102-00

First published 2016 by Max-Planck-Gesellschaft zur Förderung der Wissenschaften, Edition Open Sources under Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 3.0 Germany Licence. <https://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/3.0/de/>

The Deutsche Nationalbibliothek lists this publication in the Deutsche Nationalbibliografie; detailed bibliographic data are available in the Internet at <http://dnb.d-nb.de>

Ad. Alley.

f

Collegij Paris. Soc. IESV.

*Sacati et videte  
Renelme Digby*



*Guillelmo anabat*

BIBLIOTHECA  
REGIA  
MONACENSIS

*Liber rarissimus.*

Faksimile der Titelseite

**I**llustri ac magnifico viro domino Petro de menses ansmi non minus q̄ sanguinis genes  
 possitate perduto liberalium simul et sacraru m litterarum peritissimū assilio protectoris suo  
 Alvarus Thomas salutem plurimam dicit,

**Q**uod dederunt Veteres clauem herculi s templi sui foribus appēsam

Procul hinc canes et muscas solo quidē olfactu abigere Nō secus et omis litteratorū chorū  
 qui suis monumentis eternitati cōmendari velint extimat suam feturam insignis cuiuspias  
 patr onī nomine perinde vt claua fretam et ab omnibus oblocutorum aculeis vindicari et auspicio  
 in vulgus exire. Quos igitur fetus iam dudum parturio nunc pariturus et in lucem emissurus (genero  
 sissime petre) tenellos adhuc et implumes tibi destino credo cōmendō patiare precor: eas tuis sub alis  
 delitescere tuosq̄ sub nominis vmbra recumbere Lulus (spero) non minus q̄ herculee clauē olfactu lon-  
 ge repellantur canini rictus et oblatratōres inuiduli. Te sane vñs p̄ceteris mihi patr onū eo iustius  
 elegerim q̄ et tua ipsius matebate familiariter (que tua est comitas) quondam vsus sim ⁊ litterarū s̄s  
 non minus peritus q̄ appetens. Quis enim illiteratum litterarum defēsorem libidinosum pudicitie  
 et intusum iusticie putaverit? Nempe (si christiano poete credas) Nulla sub iniusto virtus est principe  
 tuta. Nulla sub incesto castis est gloria rege. Quis autē litteratus te neget qui patr is litteris appime  
 imbutus externarumq̄ audus vltimos gallie sinus penetrasti non modo vsurus quos ex libris none  
 ras verum et eos ⁊ alios parrhisitis (vbi frequētemeruditorum nosti cor onam) auditurus. Sic q̄ it̄ha  
 goras memphiticōs Yates (vt cum teronimo loquar.) Sic. Plato egyptum ⁊ architeu tarētini eamq̄  
 oram italie (que quondam magna grecia dicebatur) laboriosissime peragrauit. vt qui athenis magis  
 ster erat et potens: cuiusq̄ dogmata achademie gymnasia personabat fieret peregrinus atq̄ discipu-  
 lus malens aliena verecunde discere q̄ sua impudēter ingerere. Hac sane in peregrinatione tua nō me  
 diocrem glorie cumulum (vel inimico iudice) assequutus es. nec minorē q̄ illi tui fratres studio rei mili-  
 taris: quin et longe (ausim dicere) maiorē. Id enim ex mediis barbarie penetralibus ex efferatis nu-  
 midie ethiopieq̄ gentibus summam fateor fortitudinis laudem repostarunt sed fluxam: sed caducas  
 Tibi vero thesaurum doctrine immarcescibilem et perpetuū nec vetustatis cariem: nec cūi dente: nec  
 ipsa dentisq̄ fulmina reformidantem comparasti. Sed ne palpo videar et vanus assentator vel po-  
 tius tuas laudes grauiore tuba decantandas ingenti culpa dederam. audaculum nimis calamm cō-  
 pefco Nostros autem liberos (libros intelligo) quo et reliquos omnis soles vultu excipe tuosq̄ patro-  
 cinio non dedignare queso vale.

Joannes de haxa argutissimo viro domino  
 hermāno lethemate de gouda germane natio  
 nis procuratori bene merito. Salutem

Grandifonae studio: maxima quaeque canit.  
 Bendicet etetra pietas caligine lucem  
 Suppetat et cunctis membra torosa virtis.

Aurea vinaci manat depectore virtus:  
 Bullulat et dexter iam grauitate furor:  
 Soluentur rābidi maturo roboze gryphi  
 Surget et exiguus viribus hydra feror.  
 Nam sophie alvarus thomas radiātis abisso  
 Septuplici merfus: condidit arte librum.  
 Hunc tamen arca tenent mordaci scrinia dente  
 Quae tibi non alius cuncta patere reor.  
 Fac pateat posco placeat consire fidelem:  
 Pallados et genti ferre memento pedem  
 Senia docet sophiae scrutans agiosmata gauro

Antonius sabervindcensis lectoris  
 Octosticor.

Quisq̄ amās phisicis annexa matemata sensis  
 Et dubio certum figere callepedem  
 Si vacat huic raptum volendo crede libello  
 Erigui minimum temporis articulum.  
 Grata satisq̄ tuo noxis factura palato  
 Bis lectum relegas gratis maior erit  
 Nec repetita tibi pariet fastidis crambe  
 Quae ter lecta iuuant ter quos lecta placent.



**Widmungsbrief und Eröffnungsgedichte**

¶ **Illustri et magnifico viro domino Petro de Meneses animi non minus quam sanguinis generositate perditio liberalium simul et sacrarum litterarum peritissimo asylio protectorique suo Alvarus Thomas salutem plurimam dicit.**

Prodiderunt veteres clavem Herculis templi sui toxibus appensam procul hinc canes et muscas solo quidem olfactu abigere. Non secus et omnis litteratorum chorus, qui suis monumentis aeternitati commendari velint, extimat suam feturam insignis cuiuspian patroni nomine perinde ut clava fretam et ab omnibus oblocutorum aculeis vindicari et auspicato in vulgus exire. Quos igitur fetus iam dudum parturio nunc pariturus et in lucem emissurus (generosissime Petrae) tenellos adhuc, et implumes tibi destino, credo, commendo patiare, precor eas tuis sub alia delitescere tuique sub nominis umbra recumbere. Cuius (spero) non minus quam Herculeae clave olfactu longe repellantur canini rictus et oblatratores inviduli. Te sane unum praeceteris mihi patronum eo iustius elegerim, quod et tua ipsius maiestate familiariter – quae tua est comitas – quondam usus sim, et litterarum sis non minus peritus quam apperens. Quis enim illiteratum litterarum defensorem, libidinosum pudicitiae et iniustum iustitiae putaverit. Nempe – si Christiano poete credas. Nulla sub iniusto virtus est principe tuta. Nulla sub incesto castis est gloria rege. Quis autem litteratum te neget, qui patriis litteris apprime imbutus externarumque avidus ultimos Galliae sinus penetrasti, non modo visurus, quos ex libris noveras verum et eos et alios Parisiis – ubi frequentem eruditorum nosti coronam – auditurus. Sic Pythagoras Memphiticus vates – ut cum Hieronymo loquar – sic Plato Aegyptum et Archyt[as] Tarentinum eamque oram Italiae, (quae quondam Magna Graecia dicebatur), laboriosissime peragravit, ut qui Athenis magister erat et potens, cuiusque dogmata academiae gymnasia personabant, fieret peregrinus atque discipulus malens aliena verecunde discere quam sua impudenter ingenere. Hac sane in peregrinatione tua non mediocrem gloriae cumulum – vel inimico iudice – assequutus es, nec minorem quam illi tui fratres studio rei militaris, quin et longe – ausim dicere – maiorem. Hi enim ex mediis barbariei penetralibus ex efferatis Numidiae Aethiopiaeque gentibus summam fateor fortitudinis laudem reportarunt, sed fluxam, sed caducam. Tibi vero thesaurum doctrinae immarcessibilem et perpetuum nec vetustatis cariem, nec evidente nec ipsa denique Iovia fulmina reformidantem comparasti. Sed ne palpo videar et vanus assentator vel potius tuas laudes graviore tuba decantandas ingenii culpa deteram, audaculum nimis calamum compesco. Nostros autem liberos – libros intelligo – quo et reliquos omnes soles vultu excipe[re], tuoque patrocino non dedignare quaeso. Vale.

**Ioannes de Haya argutissimo viro domino Hermano Lethmate de Gouda, Germanae nationis procuratori, bene merito salutem**

Grandisonae studio, maxima quaeque canit.  
Vendicet e tetra pietas caligine lucem  
Suppetat et cunctis membra torosa viris.

Aurea vinaci manat depectore virtus,  
Pullulat et dexter iam gravitate furor.  
Solventur rabidi maturo robore gryphi  
Surget et exiguis viribus hydra ferox.  
Nam sophiae Alvarus Thomas radiantis abisso  
Septuplici mersus, condidit arte librum.  
Hunc tamen arcta tenent mordaci scrinia dente  
Quae tibi non aliis cuncta patere reor.  
Fac pateat posco placeat consire fidelem,  
Pallados et genti ferre memento pedem  
Sensa docet sophiae scrutans agiosmata gauro |

**Dionysius Faber Vindocinensis lectori Octosticon**

Quisquis amas physicis annexa matematica sensis  
Et dubio certum figere callepedem  
Si vacat huic raptum volendo crede libello  
Exigui minimum temporis articulum.  
Grata satisque tuo noris factura palato  
Bis lectum relegas gratia maior erit  
Nec repetita tibi pariet fastidia crambe  
Quae ter lecta iuvant ter quoque lecta placent.